



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

VIII. Vt episcopi cum clero suo in claustris resideant: presbyteros vero ab ecclesiis suis abesse, aut ab eorum potestate diſilire non permittant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

lis & possessionibus sunt , ad publicum officium in
plebem festinent . & nullus latibulosa Missarum in
suis domibus officia celebrare præsumat sine sui ra-
tionabili licentia episcopi .

VIII.

Vt episcopi in ciuitatibus suis proximum eccl-
esiæ suæ claustrum instituant , in quo ipsi cum clero
secundum canoniam regulam Deo militent : &
sacerdotes suos ad hoc constringant , vt ecclesiæ
suas non derelinquant , & aliubi habitare præsu-
mant . Sint etiam subiecti episcopo proprio secun-
dum canoniam auctoritatem , nec per contuma-
ciam ab eorum potestate dissiliant . neque sœcula-
ri potestati ad hoc eis commendare se liceat , aut
eos quilibet recipere audeat , vt contra canonicas
leges & debitam episcopi potestatem quodam-
modo defensentur . Huiusmodi vero sacerdo-
tes episcopalibus illico censura disciplinis ecclesiasti-
cis subdat . Nec fas est omnium eorum soliciu-
dinem episcopos non gerere , quibus in commit-
tendis sacris ordinibus dignum visum est commu-
nicasse .

IX.

Vt in domibus sacerdotum , propter malæ op-
inionis famam , habitatio seminarum penitus tolla-
tur , neque illi in domos earum intrare indiscrete
præsumant , ne nomen Dei , quod absit , per illos
blasphemetur , per quos laudari pie & iugiter de-
bet . venationem quoque nullus tam sacri ordinis
exercere præsumat . neque arma militaria pro qua-
licumque seditione portare audeat : aut habitum